Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

fucata | alta iam facta desceperunt. La-
bia illius lilia distillantia mirram
primam. Labia sponsi verba domini nostri
Ihesu Christi accipiuntur, que liliis compa-
rantur. quia candorem eterni premii
annunciant. Distillant mirram pri-
mam. quia carnis mortificationem
ad hec perveniendum docent. Vel etiam
liliis labia domini comparantur. quia casti-
tatis illa et munditie opera docent.
Distillant mirram primam. quia que-
cumque adversa patienter perferenda in-
sinuant. Labia domini lilia erant can-
dores in monte dicens. Beati pauperes spiritu.
Beati mites. Beati misericordes. Beati mundo
corde. Distillaverunt mirram primam. cum
post hoc subiungit. Beati qui persecutionem
patiuntur propter iustitiam. Manus il-
lius tornatiles auree. In manibus
namque sponsi digna operatio sal-
vatoris accipitur. Sicut enim torno quis
facile operatur. nec regula ulla in-
diget. sic operatio redemptoris nostri
facilis erat. Quicquid enim volebat illi-
co perficiebat. quia dixit et facta sunt. Et ipso
eius dicente. Erat quasi perfecte hominis ser-
mone. Auree autem erant. quia operatio
illius divinitatis peragebatur po-
tentia. Nam in auro divinitas
figuratur. quia sicut aurum ceteris metallis
antecellit et preciosius est. ita divinita-
tis omnibus operibus ineffabiliter precellit.
Plene iacinctis. Iacinctus est aerei
coloris lapis. Quid ergo in iacinctis
nisi spes et desiderium celeste accipitur.

Et manus domini plene sunt iacinctis. quia
cuncte eius operationes ad spem et de-
siderium electorum excitat. Iacinctus
enim est flos aromaticus coloris pur-
purei. bonique odoris. Manus domini
plene sunt iacinctis. quia in cruce
clavis perforate et rubore sui sangui-
nis quasi colore purpureo respar-
se sunt. Sed superior expositio de ia-
cinctino lapide melius hic conve-
nit. In alia translatione lapis ha-
betur. Dicuntur enim manus eius torna-
tiles plene tharsis. Tharsis la-
pis est. quem nos calcedonium dicimus.
Venter eius eburneus. In mem-
bris humani corporis nichil ventre fra-
gilius. nichil tenerius. ideoque per ven-
trem fragilitas assumpte humani-
tatis in Christo accipitur. Ebur autem est
os elephantis. quod animal esse di-
citur castissimum et re frigidissime.
unde et a dracone qui calide est nature
vehementer appetitur. Venter ergo spon-
si eburneus est. quia assumpta hu-
manitas redemptoris. nullam
corruptionem nullam labem admisit.
Peccatum enim non fecit nec inventus est dolus
in ore eius. Fragilitatem quidem
assumpsit carnis. sed tamen totius
peccati immunis fuit. Hic sponsus e-
neus amore se videndo exaltat si-
gnum quidem aspernis hominum. sed mallat
venerem carnium. Distinctus saphy-
ris. Saphyrus lapis est celi serenum co-
lorem habens. Unde in visione domini dicit. Et
moyses

ł huic loco
^ aio
^ a sorde